

Bibliothèque numérique

medic @

**Quiquebeuf, Claude - candidat / Duval,
Guillaume - président. - An aqua vino
salubrior ?**

1622.

Paris

Cote : ms 75 n°632

QVAESTIO MEDICA
CARDINALITIIS DISPUTATIONIBVS
MANE AGITANDA IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XIII. APRILIS.

Magistro GVILIELMO DV VAL, Doctore Medico, & R. P. moderatore prudentissimo.

632

An aqua vino salubrior?

VIVVS aëre, cibo, potu. At vivere non est, sed valere vita. Ideo arandum est ut se memorem in corpore vivo. Hic apex humane felicitatis, in quam amicae facilique manu nos subuehit hygiene, princeps pars Medicinæ: omnia sana sanis, sed alia alijs & alijs salubriora: ut vitæ faciant aëre, ebullientia, potulenta, quia substantiæ nostræ spirituosæ, solida, humida (quæ indies deturrit, & effluit) perpetua sunt subsidia: ut illa eadem cum delectu vitæ parata, inter se coeantur, vitæque faciant deavorem. Sic ab aëre puro, innubi, libero *μακροβίωτος* iusticiæ, sensum acumen, ingenij bonitas, prudentia: ab impuro & crasso, contraria. Gaudet frigidior aëre biliosus, cui ideo hyems benefica, ut inueni calidiora spirituosiora, cui aëras est solatium, ut sem. Ebullientia in *κρυσταλλο*, & *κρυσταλλο* cuius profum, sed naturi calidis frigidiuscula magis frigidius calidiora: sicuti & gracilibus copiosiora, & obessa tenuiora. Potulenta, ut ingens est necessitas sic & salubritas maxima, voluprasque maior, quam ebullientiorum, præsertim si frigida & humida hauriantur: quia sitis, appetitio frigida & humidæ fame, est vehementior: ideo & in modo & in genere potus magna cautione opus est, quo in negotio consultius faciat hydropota.

ENUMERVS *αει* de *δύο*: Atque ut potuum diversa sunt genera, aliaque alijs salubriora: sic omnium optimum credere par est illud quod vniuersum *ἡ ἀπὸ τοῦ* refrigerandi animulum sibi communis omnium mare, prouidæque nutritæ natura præparauit. Quippe sunt enim aëre confici paræque potulentiæ ex pressione succorum è fructibus & tacemis, vnde pomaceum, pyracem, vinum quorum terpepticæ, quot fructuum: siue coctione forum, radicam *φραχθῶν*, feminum ex aqua vel vino: siue etiam mixtione sacchari, mellis, cingamomi, aceti & c. vnde hydrotacchar, oxycratum siue potica, hydromel, zythum, cereuisia, bouchetum, boudestum, amygdalatum, vinomel, vinum hippocraticum, Meteglis Anglorum, Celia siue ceria Hispanorum, Terebet dilutum Tescarum; & Pilsanæ generis omnis-quarum potuorum hic ordo est ad iuuandum, ut quæ vniuersi sunt magis, minus sint salubres, quæ a quæ, salubriora. Vnde cum potio omnis, siue naturalis sit & simplex, siue artificialis & composita, aqua dici possit aut vinoliquidum: purandi imperium facile partiantur aqua & vinum.

VIVVM generatim triplex. Cereale, quod Cereis frugibus cõstat, hordeo, frumento, zea, aëre, & vniuersi Diofcoridi, ala Britannorum è malti decocto parata: quinarium quod Potiõna donis, lucilloe pomorum & pyrorum vitis, quod est Bacchi nectar, & proprie est *ἡ ἀπὸ τοῦ* vinum vocatur, ex vniuersi matris expressum. Atqui cereale præterquam quod subaratum est ac inuane, meienterij vias meaturque suo lenore & crassitie sapus impedit, super, obstitit, calefacit, vine ardorem affert, tenet renes & neruos, cerebri meningas lædit, capitis dolorem accerit, inflammationes, tormina, imò & elephantiæsim: fructuarium vero excrementum humiditate rebandans, & longiore vii nimum refrigerans, hepatis & intellus est inimicum, cumulat cacochymum, scabie cutim fovet, sensum minuit, & tactum maximè deprauat, ac demum alba vitilagine, *λευκὴ* vocatur albam lepram, corpus deturpat & inficit. Vinum denique, vniuersi sanguis terræ, pellimus indiator *ἡ ἀπὸ τοῦ* est, tenet primò caput, deinde pedes, pueros inserit, adolescentiam veri analogam corumpit, omnique ætati infellum est calore excedens & humiditate: vnde calidi & frigidi morbi, febres, pântitides, pleuritides, opthalmiæ; paralyis, stupor, apoplexiâ, furbores, arthritides, tremores, *αὐθιγία*, quibus ex ebrietate contractis succedunt lethales conuulsiones.

AQUA siuæ elementum, bonumque pulcherzimum & maximè necessariam, magis ad vitam & generationes inuolunt ut potuorum communissima: sic & saluberrima est: siue ea simplex, siue alterata herbis, & igne allumatur: sed eligenda frigida, humida, pura, illimis, pellucida, leuis, tenuis, non salis, non acris, non asida, non etiam dulcis ut lact aut mel, aut quid simile: sed potius insipida, inodora, lingue tamen & palati grata, nec inuicanda naribus & oculis *ἀπὸ τοῦ* *ἡ ἀπὸ τοῦ* *ἡ ἀπὸ τοῦ*; que facile caleat, facile frigeat, facile distribuat, vnaque per se, qualis est que vel è viuo fonte manat deflirque, quem è sublimioribus locis erumpentem salutes sol matutine vel que è vernis, hybernisque nubibus minus è impuris nec procellosis depluit, & ceteris laudabilij salubris inharis, sine plumbo cultoditur: vel que fluminum minimè sordide: ten aprich liberioribusque altis deuehitur. Hæ enim aquæ sicut animantium & hominum cuiusvis ætatis, sexus, gentis & regionis non modo suauiter, sed & sanguinis, viuo facile efforescentis, glum & ardorem componunt ac temperant, libidinem, maniam, iracundiam, fluxus atraque bilis, quas accendit vinum, potenter arceat, alium soluent, funes reprimunt, capiti blandiantur, somnum conciliant, cararrhos, vini sobolem, probabent, vitium colorem, suuam orti anhelitum præstant, denique sanas, quoniam vinum aciem obandit, & memem ipsam quam vinum emouet) acunt, climantque. Hinc hydropota & abstemij acutius vident, inaturnus iudicant, muls, quibus obici etiam plus quam vini placet, chariores sunt & consilij rebusque getendis aptiores.

VINO tamen sua etiam qualicumque inest salubritas, ut & aquis siue noxæ, si crudiores sint, si putcales, flagrantes, lacustres, glaciales, niuales, ab his enim colici cruciatus, morbi articulares, bronchocele: si licet insalubres aquas vinum emendat, vniuersi robustioribus, & qui continuè cacrescent, vtile est, frigidiores excitat naturas, digerit crada, status dilucit, suat coctionem, promouet *ἀδύνη*, famem soluit, & dolores oculorum: sed caue, paucis rebullit, ut vino sint pares, nec dum fortiores, hinc citius intereunt senes nimio meri potu, quam iuuenes: sed è ferè omnes viceram calore, & feridiori sanguine peccamus, capite infirmo sumus, & carceribus calculique, Parisijs maximè degentes, obnoxij: & seculum hoc ferax est biliosorum, hypochochricorum, & melancholicorum ab vitione, morbi etiam acuti & periculosores penè omnes ignei sunt, febres ardentes, peripneumonix, pleuritides, phrenitides, hæmorrhæm & cardiacæ & syncope exhibere vinum nefas, quod ne sanis quidem constent, nisi eximiam aquam cum interim & calidioribus naturis temperandis, & morbis illis præcauendis laudandisque etiam ardentium febrium in istis, aqua aqueæ potio sit salutaria.

Ergo aqua vino salubrior.

Propugnabat Lutetiæ CLAVDIVS QVIQVEBOE VFParisinus, Anno R. S. H. M. DC. XXII.

V.P.P.